

constet. Et ita Paulus. 3. in privilegio con-
 cesso Societati excipiendo festum Resurrex-
 tionis, & mortis articulum addit. Nisi neces-
 citas urgeret. Denique hoc est valde consen-
 taneum ipsi iuri naturali, quo tenemur & te-
 netur Ecclesia proximis subuenire, præsertim in
 spiritualibus necessitatibus, necessitas autem
 huius Sacramenti quàmvis non sit Extrema,
 est tamen valde grauis. Hoc idem tenet Enri-
 quez. 10. 2. lib. 8. de Eucharist. c. 55. nu. 1. lit. H.
 ¶ Sed est dubium, Vtrū sit aliquod privilegiū
 quo cōcedat Fratibus Medicantibus cōmunica-
 re fideles etiā in cōmunionem Paschali, sine ti-
 more excōmunicationis maioris in capitulo,
 Religiosi de privilegiis propositæ? Respondeo,
 ¶ Nicolaus. 5. anno Dñi. Millesimo Quadringē-
 tesimo Quinquagesimo Octauo, Pontificatus sui
 anno quarto, quarto Calēdas Octobris, cōcessit
 quod deputati, vel pro tēpore deputandi Con-
 fessores in Monasterio B. Mariæ de Guadalupe
 Sacramentum Eucharistiæ, quibuscunquē per-
 sonis ad predictū Monasterium confluēribus
 etiam in die Paschatis ministrare libere & li-
 citē possint. Diocesānorum, aut cuiuslibet, al-
 terius licētia minime requisita. Ita habetur, in
 Cōpendio Ordinis Diui Hieron. §. 2. & 6.

¶ Et